



Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines

We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute

The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

f.

Clarissimo Viro Christiano Gottlieb Ludvigio
Medicinae Professore in Academia
Lipsiensi meriti. vime, et amico suo
Plurimum colendo

XIII

I. Fr. Sequensius S. D.

Iam annus fere est ex quo domum satis amplam edificare coepi, quod
quidem a litterariis studiis haud solum aueravit me, sed etiam in
causa est quod cum amicis multum litterarum commercium habere
nequivissem. Ignoscas igitur, Vir humanissime, negligentiam meam.
Mirum quidem tibi videbitur hominem coelibem et jam aetate provecum
hujusmodi coeptum instituere, illique animum subire ad edificandi
Venis longum erat enarrare quae me impulere, itaque de his dicere
supercedo, jacta est alca, et hoc ipso anno res ad exitum perducetur.
Hortulus quidem his accessit antiquis Inscriptionibus, et selectis plantis
instructus. Etsi autem variis negotiis etiamnum sum irretitus, nolui
tamen praetermittere opportunitatem ad te scribendi, quam Notus Chalarus
michi praebet. Unaque cum epistola mea tuonies Dissertationem
de Optimo Serendi modo, quam nuperis annis Armandus Montreali
Montpelii edere curavit. Huc accessit schedula in qua de Universitate
Solorum pauca mihi tradita sunt, nec ex quo ad me adventet, ulla
Thesis, cui Dissertatio inauguralis (etromi fide obstrinxerint) huc
advenit. Joannis Planci opusculum de Vetus Pythagoreo etiam adjunxi,
cum in Indice Librorum Decadis I. Commentationum tuorum memoratum
haud invenerim. Medicus ille, quem Arminenses impense colunt, Jahu
Columne Ephraeas novam editionem quam multis abhinc annis para-
verat, in medium brevi proferet, uti mihi traditum est, quod quidem
erit botanices cultoribus gratissimum.

Sequens I. Fr.

Libros omnes, quibus a te plurimum devincior, debitas grates refero, accipis:
nempe Voluminis XV. Partes quatuor, et XVI. partem priorem, tum I^a.
Decadis. Supplementum quantum et utilissimum Indicum, nec non Adversarium
tuorum medico-practicorum Voluminis primi Partes quatuor. Verum animad-
vertas velim adhuc mihi in votis esse Partem Quartam voluminis decimi quarti,
quam ex humanitate tua expecto.

Ex mihi quidam operibus tuis me beati, multaque me delectarunt, praesertim
excerpta librorum, exoticis linguis conscriptorum, qui raro ad ora nostra
perveniunt. Plura annotavi ex iis quae in Artibus Suecicis deprehен-
duntur. Illorum Epitome duobus voluminibus duobus voluminibus com-
prehensa et Latine excusata ab anno 1739 ad 1752. Titula Analectorum
Transalpinorum Venetiis anno 1752 prodit. Num. series altera impo-
terum edita sit, proinde me latet. Acta Societatis Londinensis subinde
evolvo, cum amicus vi⁹ paucis abhinc milliaribus ^{divitis} ea curet, et mecum
communicet. Ex illa regione modo accipi operis Williami Hillii The
Vegetable System, volumina XV. et XVI. atque praedico ex
munificentia summi Proceri, qui praestanti virum illud opus largitus.
His accedere Herbarii Britannici, voluminisque primi Partes duae,
quam Hillius ad methodum suam floralem accommodavit, multisque
tabulis adornavit. Titulum accipere: Herbarium Britannicum exhibens
Plantas Britannice indigenas, secundum methodum floralem novam
digestas, cum Historia, descriptione, characteribus specificis, viribus
et usis, Tabulis aeneis illustratum. Auctore Johanne Hill. Londini
1769. in 8^o. Indefessus ille vi⁹ imper in Praesidem novae Scien-
tiarum Academiae Londinensis cooptatus est, ejusque Programma
circumfertur.

Bastii Opusculorum Subcecionum volumen primum olim adquisiri.
cetera nondum advenire. Aggre adducor ut credam ultima quae
aggerum Batavorum ligna credebant, fuisse ex genere Pholudum.

Horum fructum teneo, et si ex illo dijudicare licet, satis patet foramina
quibus percussum est longe diversa esse a foraminibus *Pholadum*
quæ lapides terebrant, quorumque magna copia in littoribus Gallo-
provincie et in illis Dalmatie occurrit. Basterrana species plane
diversa ~~est~~ ab ista sit oportet.

Cyprinorum Sincensium aureo argenteoque colore variorum plures vidi;
nonnulli etiam enutrivit. Et Senator Aquensis *Salond'aigues* plures
maximæ copia in vivario Prætorii sui educat, et quosdam inde
et Gonano Montpelii impetivit.

Knorri diligentiam in delineandis plantarum speciminibus maxime laudo,
quædam habeo cum Schimiedelii animadversionibus. Cetera vero quæ de
sede prædicunt nondum nactus sum, nam et omnia Botaniconum opera
nostra ætate vulgata pauci sunt qui comparare queant.

Caroli Clerck interitum dolui, et opus suum de insectis apud Suecos obser-
vatis intermissum esse. Quæ prædicere maxime facienda sunt, utinam
aliquando illis finiri valeam.

Dum enim Ravennæ Cl. Zinnii amplissimam Avorum Avium collec-
tionem lastravi, et eorum descriptionem curavi, illamque Kleinii si potius
est accesserit, nam ova colorum varietate admodum delectant.

Jo. Christ. Schefferi operibus de Insectis multum præ cæteris Hillii pro-
ficet, totus nunc est in animalculis ad genus dignoscendis.

Pallantis Elenchum Zoophytorum et Spicelogia Zoologica faciam ut
habeam, cum ex iis quæ annotasti omnino perspexi varia in eas
contineri zoophyta ad illæ littoris nostri spectantia.

Quæ dixisti de nova Carthausi Materia Medica editione, valde mihi pla-
cuere; mirum tamen mihi fuit et illum virum nullam Millepedibus
virtutem tribuere, quæ quidem adversantur communi medicorum calculo.

Verum ea est variorum remedium fortuna ut eis modo vis maxima
tribuatur, modo nulla. Belladonna ad cancerum. sunt qui predicant
alii vero inutilem, vel etiam nocuam censent. Sprengii experimenta de quibus in
* Adversariis tuis maxime tamam sunt perpendenda.
Geminam quam Itali Oculum mundi nuncupant nunquam vidi. In Museo
Stroziano Romae geminam illi affinem conspexi, quam Oculum solis
appellant, eo quod Stellam undique radiantem representet dum soli obver
situr.

Strozzii catalogus quarum aper floribus vocantur antea evadet, si singula
annotentur quae in variis regionibus proveniunt. Apud nos Buxi flori
exsurgunt, isque admodum delectantur, et qui eas educant olearia
collocant juxta vineam Aprianam, ut mel suavius fiat, nam Buxi flores
amariaculum efficiunt.

Pl. Scruvii multis nominibus commendandi mors mihi acerba fuit, cum optime
de omnibus meritis esset, et omnium Botanicoz patronus habetur.

Ex his quae dixisti de Halleri Bibliotheca medica, conspexi in eo partem
partem ad Botanicam spectantem praeditam esse. Italina de praedit
mihi comparabo, nam magnifico quocumque ex claris illius viri
Museo prodierit, operaque sua ad Botanicam praesertim spectantia
omnia curavi.

Ex operibus tuis maximum emolumentum carissimi filii tui percipiet ad me
dicinam faciendam, majusque ex ore tuo: optime autem a te institutum
est vire impendere ad eos erudiendos cum sit ars longa. Magnos qui
dem progressus in Physicis et medicis disciplinis facient a litteratissimo
Patre eruditi. Laudo equidem methodum quam instituere decrevisti,
cum medicinae normam, rationem eandem addiscendi, et varia officia
eorum qui artem illam prositentur cumulate doceant. Utinam tibi
Deus omnipotens concedat votorum tuorum compotem esse et filios tui
similes solatio esse et tecum in medicis studiis ^{ut} consenescent.

Difficile quidem est morborum phaenomena attendere, et apta remedia

* Igitur absque dubio a. scripta?

Fortasse inter eas jam ad lectus missis?

Reliqua defunt.

Reliqua defunt